

Karissimo

(rariissimo)

3<sup>115</sup>

Vedi descrizione dal N. 6428  
della Biblioteca Costabili  
sotto la rubrica  
Articoli di Stinti.




N<sup>o</sup> d'Inv. 6081

S. l. no. I. in 4<sup>e</sup> fig. de 20 ff. Berg  
 opera curiosa chi. p. protechta Hafni  
 pata a Ferrara verso il 1541 avant la  
 1<sup>o</sup> Ed. della grande opera di Vesalius  
 Trattato a 2 col. una yd. leffo  
 l'altra a 1/2 m. et ciascuna che fatto in 20  
 o 27 ff. — gravées en taille-douce par  
 Augustin Vénitien (Muisis) Seco  
 d'ab. a fine del secolo  
 La 1<sup>o</sup> parte non fu mai stampata  
 opera cos. Rafa che non se ne  
 conoscono che 6 exempl. di cui ne sono  
 in Francia — Catalogo Pieraccio  
 Atto 27<sup>o</sup> —  
 Il presentito — completo e preso da  
 presso — P. leg. in Berg  
 (Note di Gius. Cavalieri)

257. CANANUS JO. BAPT. MVSCVLORVM HVMANI COR-  
 PORIS PICTVRATA DISSECTIO || PER IOANNEM  
 BAPTISTAM || CANANVM FERRARIEN. || SEM MED-  
 CVM, IN BAR. || THOLOMEI NIGRISO. || LI FERRA-  
 RIENSIS || PATRITII || GRATIAM, NVNC PRIMVM ||  
 IN LVCEM EDITA. || — s. l. ni d., in-4, fig., de 20 ff., demi  
 rel. mar. grenat.

Ouvrage fort curieux que l'on croit avoir été imprimé à Ferrare vers 1541, avant la première édition du grand ouvrage de Vesalius. Il est imprimé à 2 col., l'une pour le texte et l'autre pour les planches qui sont au nombre de 27, supérieurement bien gravées en taille-douce par AUGUSTIN VÉNITIEN (Muisis) d'après les dessins de Jérôme Carpi. — La seconde partie, qui était sous presse quand la première fut mise au jour, n'a jamais paru. — Celle dont nous venons de donner le titre est devenue tellement rare, que l'on n'en connaît plus que SIX exemplaires, dont pas un seul en France. (Brunet, T. 1, col. 1530).


Très bel exemplaire grand de marges.




UNIVERSITA' DEGLI STUDI  
ECONOMATO  
MATERIALE BIBLIOGRAFICO


INV.


799





1914











Caravini G. B. Prospettiva di Giulio III  
Scenari di un secolo Corso fabbricato  
e la finezione delle fabbriche della Terra  
metà (incisione del Frangia)

Cat Bibl. Costabili Archeologiche N 6428

Canarus. Muscolorum humani corporis  
picturata Dissertatio cum ecc.

Sono l. 20, le prime quattro Contengono  
frontespizio - Epistola del Canaro al Nigri  
soli, Candido Licore; colla 5 comincia  
l'opera libertimus (sempre pubblicato)  
e colla 6 la descrizione dell'opere, sul  
braccio - adue Colorine - intima d'alto  
sull'altra la voci più in qualche sono 27  
eseguite in rame sui disegni di Gerolamo  
da Carpi - Scritte in questo modo  
rara - non nel 1572 ma nel 1541 ed  
avant la 1<sup>a</sup> Ediz. del Testabili

Questo Libro (dice Bremi) è di tale  
granta che non ferme "Convenevano che  
se il script. (pas mi veut en France)  
Ed il Taffarelli nelle sue pertanenze  
che nel Canaro dice l. 5. d. 9<sup>o</sup> Libro n'è  
il corso di Hedra, uno in Padova presso  
il Margagni, l'altro nella Biblio. di L.  
Caldani, e l'3<sup>o</sup> da Egidio della Tabella d. 4<sup>o</sup>  
nella Bibl. di Ferrara. Non si può tollerare  
che s' in l. 28. nella Bibl. di Dresda  
un altro presso l'Haller e comprato l. 30  
Zecchini da Lord Bute - La rarietà tale  
che lo Zani non pote' mai Vedelo - Egli  
riteneva che le 27/28. scienze intagliate in  
legno da certo Perlane da Carpi  
(Zani) 4<sup>o</sup> Et. Encyclop. Medio & Antiquar.

Marcus Ferrara natus a 1579 et sic sepolto  
nella Sagrestia di San Domenico.

Giambattista Canani, Medico romano  
nato e professore di questa scienza, nel  
la patria Universita, verso la fine del  
Secolo XV. Dopo di avere letto da questa  
Fattoria per qualche tempo, passò al  
servizio di Alessio Sorriso. Ne d'ogni  
ghiera e di Benemerito abegno sua  
Sposa, appassionata il sacro de' suoi ta-  
lenti e la fortuna delle persone l'avevano po-  
sto in abbisino e per sollecitudine chiamato dagli Spas-  
si della Corte prese la risoluzione di chiudere di  
riversarsi in Patria - Ginto III. Poco dopo  
lo dichiarò suo Benedicio al Cardinale Fer-  
rara Professorum dei Sori. Ma  
una sola opera ciavarsca si ha intitola-  
ta Musculorum Germani Corporis  
percutientia. Dissertatio cum 27 Tab. intaglia  
in rame da Girolamo da Sarpi  
(1543) e quest'opera non conservata e  
rarissima - La sua fama s'appoggia  
in angormente all'affirma Scuoperta  
che la cui s'attribuisce della Valdarno  
Tosc., sebbene taluni la vogliono posta  
a Fabrija s'acqua pertinet e non alt  
a Tappa lo Sarpi.

240  
1  
2  
3  
4  
5  
6  
7  
8  
9  
10  
11  
12  
13  
14  
15  
16  
17  
18  
19  
20  
21  
22  
23  
24  
25  
26  
27  
28  
29  
30  
31  
32  
33  
34  
35  
36  
37  
38  
39  
40  
41  
42  
43  
44  
45  
46  
47  
48  
49  
50  
51  
52  
53  
54  
55  
56  
57  
58  
59  
60  
61  
62  
63  
64  
65  
66  
67  
68  
69  
70  
71  
72  
73  
74  
75  
76  
77  
78  
79  
80  
81  
82  
83  
84  
85  
86  
87  
88  
89  
90  
91  
92  
93  
94  
95  
96  
97  
98  
99  
100

Mario Ferrara

(verso aggiunto)



GIAMBATTISTA.

CANANI.

MVSCVLORVM HUMANI COR,  
PORIS PICTVRATA DISSECTIO  
PER IOANNEM BAPTISTAM  
CANANVM FERRARIEN,  
SEM MEDICVM, IN BAR,  
THOLOMEI NIGRISO,  
LI FERRARIENSIS  
PATRITII  
GRATIAM, NVNC PRIMVM  
IN LVCEM EDITA.



1343

MUSCATORVM HUMANI COR  
PORIS PICTARATA DISSECTIO  
PER IOANNHM BAPTISTAM  
CANANVM FERRARIEN  
SEM MEDICAM IN BAR  
THOMOMI NIGRIS  
TERRARIENSIS  
PATRINI  
GRATIANI PRIMUM  
IN LUGCM EDITA

BARTHOLOMEO NIGRISOLE <sup>liv</sup>  
FERRARIEN. PATRITIO IO  
ANNES BAPTISTA CA  
NANVS FERRARI  
ENSIS MED.  
CVS. S. D.

**G**alenus Pergamenus Medicorum omnium post Hippocratem facile princeps, inter alia singulari ac rara eruditione referata commentaria, quæ in amicorum gratiam ex medentium usum composuit, & atopika's quoque exigentes idest dissectorias administrationes, primum quidem duobus voluminibus comprehensas, Ut Flauio Boethio Romanorū consuli viro anatomicæ speculationis maxime cupido morè gereret, conscripsit, Secundo autem post Boethii obitum, alias (quæ aliqua ex parte extant) longe illis uberiore, amicorum precibus compulsus, exarauit. In quibus modum, ac ordinem dissecandarum Simiae partium, ut potè animalis homini quam simillimi, plenissime docuit. Cum itaq; ex tu Bartholomee Nigrisole, Nobilissime patriter, ex doctissime, non minus anatomicæ speculationis desiderio nunc ardeas, quam Flavius ille Boethus vir consularis olim arserit, Et nobis humana corpora dissecatibus saepe affueris, quantæq; necessitatis ac utilitatis in re medica (præsertim quæ manu medetur) sit anatomæ peritia, non solum ex Galeni testimonio, verū et oculis ipsis perspexeris,

A ii

videasq; nostræ tempestatis chirurgos, maiori ex parte, dissectionum imperitos, ac propterea exitio hominibus plerumq; potius, quam saluti esse conspicias, sepiissime nos hortari nō destitisti, ut humani corporis partes, nostra opera, picturis expressas in lucem ederemus. Sic enim fieri posse arbitrabaris, vt qui rem medicam profitentur et ex dissectionu oculata inspectione corporum partes agnoscere nō possunt, si ex pictura saltē aliquam illarū cognitionem haberent, tūtius humanae saluti consulere valerent. Cui tām crebra tāmq; saluberimæ exhortationi tuę diutius repugnare, ac obfistere non potuimus, tanta enim est humanitas tua, tantaq; tuorū erga me meritorū magnitudo, ut me quippiā tibi negare piaculum putem. Varię igitur cūm sint hominum partes, nullę tamen sunt, quæ māgis rerum extrinsecarum appulsi ledantur iis, quæ musculi dicūtur, Musculi enim vulnerantia, pungentia, tūdentia vē, primi excipiunt, eam ob rem hos ipsos eleganti pictura, per Hieronymum Carensem, pictos rem nostro ēuo non minus diligentem, quām insignem, deliciatos, in tui gratiam, et hominum salutem, edere decreuimus. Prodeunt itaq; tuis auspiciis, et in lucem exeunt, vir ornatissime, humanorum artuum musculi, quos, quanta va luimus diligētia, Antonio Mario Canano Ferrarensi Mea dico, mihi arctissima consanguinitate coniuncto monstrante; dissecuimus, et Typis excudi curauimus, eosq; nunc tui nominis immortalitati dicamus, opus autem hoc nostrum lecturos oratos velim, nè ipsum prius damnēt, quām cūm re ipa

sa, s<sup>a</sup>pè inspiciendo, id contulerint. Sic enim arbitror ipsos, conatus nostros boni potius consulturos, quam in eos gemitum inique fracturos.

Vale.

(de) ipsa auctoritate xvi  
celum iudei etiamque (conuersio) et oratione  
mote amicorum non libet quod zimel (zimel) vult  
ad piski ni auctoritate qd munc munimur ergo in modis  
eis in si excepimus quodcumq; Ne piskam nunc etiam amicorum  
exq; id ex ministris cum qd eis qd accipimus id est  
qd longe ouiria nullaq; non sit qd amicorum nunc qd  
eis ex illis m<sup>u</sup>los m<sup>u</sup>los s<sup>u</sup>lt m<sup>u</sup>los s<sup>u</sup>lt  
villup, exq; qd olim qd novilia, exq; qd exq; qd  
am<sup>u</sup>los jutem exq; qd exq; qd minicup exq; qd exq; qd  
edo exq; qd exq; qd exq; qd exq; qd exq; qd  
qd exq; qd exq; qd exq; qd exq; qd exq; qd exq;

**CANDIDO LECTORI.**

qui ratione et deo  
et deo in ratione autem quod in modis ratione animos, id

**Q**um corpora ex viua, ex mortua secari possint;  
utrumque secandi modum ex antiquioribus aliqui (cello  
so referente) vituperarunt, Primum, veluti crude  
lem ex medico, humanæ salutis præsidi, non conuenientem,  
viuorum quippe hominum aluum, atque precordia incidere, la  
trocinantis potius medici esse putabant, quam qualia sint ho  
minis interiora discere cupientis, cum præsertim ex his, que  
tanta violentia querantur, alia non possint omnino cognosci,  
alia possint etiam sine scelere, Nam color, mollities, duras  
ties, leuitas, asperitas, talia non sunt inciso corpore, qualia  
integro fuere, quoniam si corpora inuiolata, metu, dolore, ins  
edia, cruditate, lassitudine, milleque aliis affectibus quibus ob  
noxia sunt mutantur, multo magis interiora, quibus maior  
mollities, ex ipsa trucidatione mutantur, stultumque videtur, quale  
quidque viuo homini est, tale morienti, imo iam mortuo, esse  
existimare, si quid tamen sit, quod spirante adhuc homine,  
aspectui subiiciatur, id casus saepe curantibus offert continua  
git enim interdum hominem sic vulnerari, ut interior aliqua  
pars nudetur, ex in alio alia, unde sedem, ordinem, figuram,  
magnitudinem, similiaque alia prudens medicus per misericors  
diam sanitatem moliendo, que alii per cedem dira crudeli  
tate, cognoscit. Ob hoc ne alterum quidem sectionis modum,  
mortuorum scilicet lacerationem, necessarium esse dicebant,

qui et si non crudelis, fædus tamen existit, cum aliter plæ-  
taque in mortuis se habeant, et quæ in viuis cognosci pos-  
sunt, ipsa curatio abunde demonstrat. Cœterum hæc ipsa,  
corporum anatomia non verè oppugnantia illius utilitatem  
ac necessitatē agnoscentes facile confutant, duplex enim  
cum sit corporum dissectionio, vinorum scilicet, et mortuorum  
ex prima (si recte administratur) internarum aliquot partium  
(et si non omnium) actionem ad earum curationes cognitu-  
necessariam, agnoscemus, non quidem viuos homines secā-  
do (quod crudelis, et carnificis potius hominis, quam medici-  
ci esse videtur) sed bruta magis animantia, quæ quam plus  
rimis ex partibus, atq; earum functionibus homini quam si-  
millima sunt, ut in renibus, vreteris, vesica, vtero, intesti-  
nis, lactibus, omēto, liene, ventriculo, hepate, transuerso septo,  
gulla, pulmonibus, corde, et similibus aliis, ex altera vero  
mortuorum dissectione, partium figuram, numerum, situm,  
colligationem, et actionem quandoq; (ut muscularis ad origi-  
nē tractis) res ad medē di peritiam maximē necessarias disce-  
re licet, Nec hoc fædum est, imo pulchrum, valdeq; conues-  
niens, si laborantium partium curationem, et agnitionē, ad  
quam casus sufficere nullatenus potest, nobis ipsis præ ocus-  
lis posuerimus, rara enim vulnera sunt, per quæ interiora ita  
aperiantur ut eorum figuram, positum, societatemq; adam= <sup>ut</sup>  
sim cognoscere valcas, et si casu aliquibus partibus id eue-  
niat, non omnibus tamen inq; euenerit, Verum in mortuo s-  
rum dissectione omnes hominis partes breui tempore cognosā

6

cimus, quas per casum homini, quantum vis laborioso, et  
prudenti, etiam si nestoreos annos viueret, cognoscere non da-  
retur. Cum igitur, et in viuorum animantium, defunctorumque  
hominum dissectione, quantum nobis per adolescentiam nos-  
tram licuit, diligenter admodum versati fuerimus, multaque  
q; ab antiquis iam pridem litterarum monumentis tradita cur-  
lis ipsis perspicerimus, nonnulla etiam nostra opera adinueni-  
erimus, a communis medentium usu non aliena, dignum du-  
ximus horum aliqua medicinae sectatoribus impartiri. Hincque  
effectum est, ut Primum hunc muscularum dissectionis lib-  
rum crebris Bartholomei Nigrisoli Ferrarien. Patritii effla-  
tionibus impulsi ediderimus, Reliquos sub calchographia  
prae lo iam positos mox edituri. Hunc itaq; benigno animo  
accipias velim candide lector, tua enim benignitas perinde  
ac calcar quoddam erit, quod me ad maiora assidue impel-  
lat, Tu interim vale, deosq; nobis, tantis in laboribus pro-  
pitios precare, Instituti vero nostri ita nascatur exordium.

7

IONNIS BAPTISTAE CANA  
NI FERRARIENSIS ME,  
DICI HVMANORVM  
MVSCVLORVM  
PICTVRATAB  
DISSECTI,  
ONIS.

LIBER PRIMVS.

**I**N hoc primo libro Galenum sequentes Manus mus-  
culos ponemus, nomine autem manus (Hippocratis et  
Galeni more) vulgo dictum brachiū intelligimus, quod  
in tres primarias partes diuiditur, extremam scilicet manū  
(quæ absoluto nomine, manus dici solet) cubitum, et βραχίονα  
a Græcis appellatum, extrema manus tres habet pars-  
tes, digitos videlicet, brachiale quod Græce ναγκώ's nomis-  
natur, et inter hec medium, Græci μετακό'γων nuncupat,  
nos postbrachiale dicimus. Brachiū siue malis Græce dis-  
cere βραχιών vnicō osse constat, quod Celsus humerū ap-  
pellavit, Cubitus vero (quem brachium nominat) duobus,  
quorum vnum Græce νεγκή's latine radius dicitur, alter autē  
a Græcis quidem των κυρίων a Celso vero cubitus nominatur,  
At in extrema manu septem et viginti ossa existunt, oīlo  
scilicet brachialis, quatuor postbrachialis, et quindecim dis-

B

15  
MUSCULORVM ANATOMES

M. FERRARIENSIS M.  
gitorum, que omnia nouisse oportet ad exactam muscularum  
in hoc primo libro depictorum cognitionem, hec pauca pre-  
fati ad propositum accedamus.

NOTARIA

DISECTI

OMNIS

TRIBUS PERTINET

Tr. hoc libro studio Galeni (Eduardo Tarragona) et  
alio sonum novum nomen musculi (liberatris)  
Galeni more (nomo librum de anatomia animalium quod  
in his libritis hinc breviter hincque exponit) nomen  
(de aliis libritis nomine manus est) (libro) de anatomia animalium  
cum a Galeno libello de exanimis animalibus sicut  
est dicitur animalibus praedictis dicitur Galenus manus  
nam ex intersecione animalium Galenus exponit nomen  
nos hominibus dicitur. Primum tunc nomen Galenus  
est proxima animalis esse (libro) de anatomia animalium (libro)  
Galeni, Caput vero (libro) de anatomia animalium (libro)  
dicitur animalis Galenus (libro) de anatomia animalium (libro)  
et Galenus dicitur animalis Galenus (libro) de anatomia animalium  
At in extrema parte libelli dicitur animalis Galenus (libro)  
libertate propria, dicitur animalis Galenus (libro)

E

LIBER PRIMUS VOLUMEN



Hac in pictura hi nū  
dantur musculi vide  
licet.

- A. MVSCV<sub>s</sub>  
LVS Flectens bra  
chiale ad minimum  
digitorum.
- B. MVSCV<sub>s</sub>  
LVS Volæ.
- C. MVSCV<sub>s</sub>  
LVS Tendonum  
scissorum, sub quo est  
musculus habens ten  
dines non fissas amo  
bo digitos flectunt.
- D. MVSCV<sub>s</sub>  
LVS Flectens bra  
chiale propè magnū  
digitorum.
- E. MVSCV<sub>s</sub>  
LVS Manum pro  
nam faciens.
- F. MVSCV<sub>s</sub>  
LVS. Manum su  
pinam redens.

100  
MVSCVLORVM ANATOMES.



MVSCVLVS  
Volæ manus qui ses-  
cundum antiquos (vi-  
ait Galenus secundo  
de vſu partiū et pri-  
mo de Anatomicis  
aggressionibus) flectit  
et ipſe quinq; digitos  
secundum ipsum aus-  
tem factus est, ad fir-  
mandam cutim ma-  
nus internam, melio-  
ris apprehensionis gra-  
tia, ad prohibendūq;  
ortum pilorum, causa  
exquisitoris sensus.  
Ratio vero Galeni  
primo de Anatomicis  
aggressionibus contra  
antiquos est. Oportet  
inquit secundum an-  
tiquos tendinem mu-  
culi mouentis aliquē  
articulum inseri ossi  
illius. Ast tendo mus-

S. 12

LIBER PRIMVS D<sup>o</sup>SV

culi volæ non inseritur ossibus digitorum, igitur non potest secundum eorum placita digitos mouere. Ratio autem hæc licet contra antiquos sit valida, simpliciter tamē videtur invalida, Posset enim quispiam dicere, non esse necessarium semper tendinem musculi mouentis articulum inseri, siue coiungi ossi articuli, sed sat fore si iungatur alicui coiunctio ossi, pro ut tendo huius musculi coniungitur ligamento, quod iunctum est ossibus digitorum. Oritur hic musculus ab interno brachii nodo, mediusq; procedens inter musculos carpū flectentes, suo tendine supereminet ligamento interno, quod iungit cubitum radio, postea dilatatur illius tendo in trianguli figura, cuius acumen est prope ligamentum dictum, basis autem in principio postbrachialis, quæ per quinq; veluti tendines inseritur ligamento, comprehēdenti aliorū digitos flectentium muscularum tendines, Bifariam hunc tendinem licet secare cōm cute videlicet, et sine cute.

# MVSCVLORVM ANATOMES



**MVSCVLVS**  
Flectēs brachiale, qui  
oritur ab interiore no  
do brachii, cubito ad  
hrenis, inserit ossi rec  
to, mēbraneoq; quod  
ē regione minimi dia  
giti, ex secūdum cu  
biti processū existit,  
quē Gr̄eci anatomici  
modo γραφοειδῆ  
modo στυλοειδῆ nomi  
nabunt.

**LIBER PRIMVS.**



**MUSVLVS**

Flectēs brachiale pro  
pē magnum digitum,  
Oritur ab interiore  
nodo brachii obliqu  
usq; aliquāntisper su  
pra cubitum tendens,  
radio protensus, inse  
ritur per tendinem of  
si postbrachialis ante  
īdicem, licet primo  
aspectu videatur in  
seri ossi brachialis pro  
pē magnum digitum.

# MVSCVLORVM ANATOMES



## MVSCVLVS

*Desinens in tendines  
fissos fletens secun-  
dum articulum digi-  
torum, pr̄ter articu-  
lum magni digiti qui  
non accipit tendinem  
ab hoc musculo, ori-  
etur ab interiore nodo  
brachii aliquāliter cu-  
bitum attingendo, in  
seruūq; tēdinibus se-  
cundo internodio qua-  
tuor digitorum, conti-  
neturq; sub ligamen-  
to radium, et cubitū  
interna in parte con-  
stringente.*

LIBER PRIMVS



MUSCULUS  
flectens, secundū Galenū, primū et tertium articulum quatuor digitorū, magni autē digitū tantū secundum et tertium inter nodū flectit, Oritur à partibus cubiti iuxta gibberum, et per profundiora medianam radii cubitiq; regionē vniuersam cōplexus viriō ossi coheret, ac in tres veluti partes delineatus est, quarū una minimum digitū respicit, altera indicē, tertia medios digitos, Cōtinētur huius musculi tendines sub ligamento stringente radiū, et cubitū intrinsecus, per mediasq; scissiones tē dinū flecta

•16

# MUSCULORVM ANATOMES

tentium secundum internodium quatuor digitorum ad eorum  
extremitatem feruntur, et una cum tendinibus praecedentis,  
sub eodem ligamento a principio digitorum, usque ad finem  
protensi sunt, per quod ligamentum vult Galenus hunc mus-  
culum flectere primum internodium digitorum quatuor, ves-  
rum non maior videtur ratio de illo, quam de hoc ipso, cum  
ipsius tendines sub eodem ligamento comprehensi sint.

17


LIBER PRIMVS.



MUSCVLI, pro  
nam facientes manū,  
quorum alter oritur  
ex elationibus parti-  
bus nodi interioris bra-  
chii, obliquusq; supra  
cubitum latus inseris-  
tur radio intrinsecus  
ad medias ipsius vſq;  
partes extensus. Reli-  
quus vero ex inferio-  
re parte cubiti iuxta  
brachiale exortus ob-  
liquus inseritur ossi ra-  
dii, habent terminum  
carnosum et tamen  
ossa mouent, licet Ga-  
lenus Primo de motu  
muscularum scribat,  
Musculos mouentes  
ossa in tendines omo-  
nino maiores vel mi-  
nores terminare. De  
propositis aut in secū-  
do de vſu partiū op-  
positum afferit.

146

## MVSCVLORVM ANATOMES



In hac pictura hi ap  
parēt musculi vide  
licet.

A. Musculus ex inte  
rioribus vnuſ, qnq; tē  
dines nō filos pducēs

B. Musculus supinā  
manū reddens.

C. Musculus brachi  
ale ad minimum dis  
gitum reflectens.

D. Musculus minis  
mū digitū extendens,  
ac in latus ducens.

E. Musculus digitos  
tres extendens.

F. Musculus indicē  
in latus ducens.

G. Musculus bifidus  
magnum digitū ab aliis  
abducendo extēdens.

H. Musculus dupliči  
tendine carpū evertens

I. Musculus supinam  
manū faciens.

LIBER PRIMVS,



Musculus q secudum Galenum quatuor habet tendines ad quatuor digitos preter magnū tendētes, re autem ipsa tantū tres habere videtur ad tres digitos iter magnū et minimū porrectos, ex quibus duo duplices apparet, tendo scilicet indicis, et tendo annularis q duas habet propagines, quarū una coiungitur tendini ad medium digitū tendēti, altera vero ei q ad minimū digitū procedit, et a proprio musculo origine dicitur. Cōtinet hic musculus sub ligamento extrinsecus strinque radium et cubitum, ortūq; habet ab exteriore nodo brachii et supra radium p̄tēdit.

## MVSCVLORVM ANATOMES.



MVSCVLVS,  
oriens à nodo exterio  
re brachii cubito, ras  
dioq; per longitudinē  
bærens, et sub pros  
prio ligamento in fine  
cubiti astriclus, suo  
tendine ossi postbra  
chialis ante minimū  
digitum insertus, bra  
chiale ad minimum  
digitum extendit.

LIBER PRIMVS.



MUSCULVS  
ex nodo exteriore bra-  
chii oriens, radium ej-  
cubitum per longitus-  
dinem attingens, in fi-  
ne cubiti proprio liga-  
mento cōtentus in du-  
os tendines scinditur  
ad minimum digitum  
tendentes, ipsumq; in  
latus, vel in inferio-  
rem partem ab aliis  
digitis extendēdo ab  
ducit.

# MVSCVLORVM ANATOMES



**MVSCVLVS**  
oriens ex cubito eiq; adherens sub cōmuni ligamento stringente radium ej cubitū cātentus, vnicum tendā nem ad indicem producens, non duos ad indicem ej medium, ut vult Galenus, dicit indicem in latus.

LIBER PRIMVS



MVSCVLVS,  
Oriens ex cubito suo  
pra eius medium, radi  
um attingit, sub pro  
prioq; ligamento in fi  
ne radii astrictus, vni  
cum tendinem produ  
cit, per totum magnū  
digitum protensum, et  
in latus ipsum ducit  
secundum Galenum.

D

## MVSCVLORVM ANATOMES



MVSCVLVS  
ex membrana diuidē  
te interiores musculos  
ab exterioribus,cubis  
toq; exortus, radium  
ascendit, sub proprio  
q; ligamēto,in fine ra  
dii(vbi insculptus est  
radius) continetur, du  
os tendines producit,  
quorū unus inseritur  
extremitati primi os  
sis magni digiti nō p  
cedens ad ultimam  
eius aciem, ut voluit  
Galenus , alter vero  
inseritur ossi brachia  
lis ante magnum diz  
gitū. Potest hic mus  
culus pro duobus has  
beri, ait Galenus, per  
alterū enim tendinem  
brachiale ad magnum  
digiti extēdit,p reli  
quū verò abducit ma

gnum digitum ab aliis ipsum aliqualiter extendendo.

LIBER PRIMVS. 25



MUSCULUS,  
exoriens à nodo exte-  
rior brachii suprara-  
dium protensus, pro-  
prio ligamēto in fine  
radii astrictus, bifido  
tendine ossibus post-  
brachialis ante indi-  
cem, et medium dia-  
gitos insertus totum  
brachiale euertit.

226

## MVSCVLORVM ANATOMES



### MVSCVLVS

oriens ex ligamento  
membraneo articuli cu  
bitum aliquatenus at  
tingēs, radio qua emi  
nei per extremum ner  
uosus insertatur, supi  
nam facit manum.

27


LIBER PRIMVS MUSCULVS



MUSCULVS  
Supinam manum red-  
dens ex brachio pro-  
pe medium exoriens,  
Suprarium proten-  
sus illi suo fine ad  
vsg; brachiale inserit;

246


## MVSCVLORVM ANATOMES.



A. Musculi quatuor exiles, orientes ex mē  
branis circundantibus tendines non fissos, dī  
gitorū latera subeunt,  
in dextra quidē (ma  
nu existente prona)  
versus sinistram in si  
nistra aut versus dex  
tram, habent mouere  
digitos in latus, q̄ qui  
dē sunt in dextra ver  
sus sinistram, et qui  
in sinistra versus dex  
tram.

B. Musculus, oriens  
ex osse cui annexitur  
tendo musculi braci  
ale ad minimum dia  
gitum flectentis, inse  
ritur minimo digito in  
feriore in parte, et  
ipsum ab aliis digiz  
tis abducit.

LIBER PRIMVS.



C. Musculus, oriens  
à primo osse brachias  
lis ppè magnū digitū  
cui inseritur, habet se  
cundū Galenū abdu  
cere eū ab aliis. At vi  
detur factus ad trahē  
dum potius magnū di  
gitū versus minimū.

D. Musculus suo ca  
pite ossi postbrachia  
lis ante mediū digitū  
affixus, obliqs fibris in  
serit primo osi magni  
digit*i*, habet adducere  
magnū digitū ad indi  
cē interius inclinādo.

E. musculus, siue mus  
culi quod siti sunt, supra  
musculū abducētē mi  
nimū digitū ab aliis,  
in parte interiore mas  
nus extreme, obliquis  
fibris cuti herent, et  
suis tē dimibus tendini

vole iunguntur, horum muscularū nō meminit Galenus, qui ad  
sēdīnis vole dilationem facti videntur,

## MVSCVLORVM ANATOMES

MVSCVLVS  
de quo Galenus non  
meminit, qui in parte  
exteriore manus post  
brachiali antē indicē  
affixus, obliquis fibris  
ossi primo magni dia  
giti insertus, eum ad  
indicem adducit, extē  
rius inclinando, simul  
autem cum secundo  
precedentium rectam  
adductionem facit,




## LIBER PRIMVS



Octo musculi exiles  
corpus vnū carnosum  
efficients, ex coartatu  
latione brachialis, cū  
postbrachiali exorti,  
binatim priori de artis  
culationi digitorum,  
ex interioribus partis  
bus inserti, lateralium  
partium aliquid acci  
pientes, simul rectam  
flexionem primi artis  
culi faciunt, seorsum  
verō flectunt, in latus  
parū quid inclinādo.

## MVSCVLORVM ANATOMES



Hac in pictura hi nū  
dantur musculi vide  
licet.

**A.** Musculi vlnam  
extendentes.

**B.** Musculi vlnā fle  
ctentes.

**C.** Caput musculi su  
pinā manū reddētis.

**D.** Musculus cerui  
cis quem aliqui Δελτ  
οειδή appellarūt quo  
niā **Δ** grecē litterae si  
guram imitatur.

LIBER PRIMVS.



MUSCULVS  
iuxta venā humerale  
citrà confectionē com  
spicuus, duo habet ca  
pita, vnum per patu  
lā brachii rimam ad  
scapularum. ceruicis  
eminentiā procedens,  
alterum ad processum  
a<sup>r</sup>xugoēsia vel noga  
noeida dictū, hec capi  
ta in idem venientia  
hunc musculū genera  
rūt, qui neruosa exili  
tatē faciēs, validū tē  
dinē procreat, quo ra  
dio inseritur, et mem  
branosi ligaminis ar  
ticuli aliqd accipiēs  
totū articulū attollit,  
paulatim ad interiora  
inclinando, cum mus  
culo autēm ei subiec  
to rectam flexionēm  
operatur.

## MVSCVLORVM ANATOMES



MVSCVLVS  
ex duobus carnosis  
principiis brachio cir-  
cundatus, uno in pos-  
teriori parte altiore,  
altero in anteriori hu-  
miliore, quæ capita in  
idem coeuntia muscu-  
lum hunc generant, q  
in nerueam desinens  
tenuitatē, in cubiti os-  
insertam, flectit artis  
culum in exteriora pa-  
ulatim inclinando, cū  
supposito autem mus-  
culo rectam flexionē  
facit,

LIBER PRIMVS.




**MVSCVLVS**  
 ab humili latere scapularū ex dimidio ferè superioris eius partis ortus, iungitur alteri musculo, capiti brachii subdito, ambo per tendinem latum cubiti gibbero ierūtur, qui tendo duplex apparet sequēdo fibras, exterioreq; partē ab hoc musculo accipit, interiorem autem ab altero, et si disiunctū vnum ab reliquo astrahas, totā vt Gale nus inquit, manū extēdes, hoc discrimine intercedente, quod hic in exteriora, alter in interiora aliqualiter deflectendo extendit.

## MVSCVLORVM ANATOMES.

## MVSCVLVS

oriens sub capite bræ  
chii, qui iungitur mus  
culo precedēti, et alte  
ri musculo ei subdito,  
ad eo ut ipsius particu  
la ab anatomicis pua  
tetur, possunt tamen  
pro fibrarum rectitus  
dine seperari, habet  
(ut ait Galenus) ex ē  
dere manum totam in  
tro obliquè deflectēdo



## LIBER PRIMVS.

MVSCVLVS  
qui pars præcedentis  
ab Anatomicis puta  
tur, perpetuò carnos  
sus, posterioribus par  
tibus gibberi inserit,  
rectam articuli exten  
sionem facit.



LIBRI PRIMI  
FINIS.

LIBER PRIMUS.


MUSCIPAS


dei pars praecognitum  
et Auctoritate pars  
in helcimo causa  
per longiorum per  
tum dicitur in libro  
etiam sicut in ex  
monstratur.





LIBRI PRIMI


HANS.
































7.







8































14-







15
















18.





19.










20




21



















fig. 18





































6

